

Episcopi erecta; per antedictum Decretum Sacre Congreg. Indulgent. diei 15. Februarii 1608. extensum apud eundem Lavorium d. cap. 14. num. 97. & Lauretum de Franchis de Controv. inter Episc. & Regul. d. p. 1. n. 234. Sed quia non est ita facile RR. Parochis earundem Indulgentiarum tenorem apud Moralistas reperire, non me piget compendiosè, ac vulgari sermone illas hic inferere, ad majorem certitudinem DD. Parochorum; & ut commodius eas possint explicare suis plebibus pro ferventiori affectu exercitando erga Venerabile Sacramentum: hoc autem compendium insum reperi in Synodo Diocesana Abbatis Farfen. habita anno 1685. per Eminentiss. & Reverendiss. D. D. Cardinalem Carolum Barberinum Abbatem, & Ordinarium indefessum in sollicitudine Pastoralis ad pag. 554. his verbis.

S O M M A R I O

Delle Indulgenze concesse da Papa Paolo Quinto all' Archiconfraternità del Santissimo Sacramento, eretta nella Chiesa di Santa Maria sopra Minerva di Roma, delle quali per Decreto della Sacra Congregazione dell' Indulgenze, approvato dal medesimo Pontefice, godono ancora tutti li Fratelli, e Sorelle della Compagnia del Santissimo Sacramento, in qual si voglia luogo eretta con la sola autorità dell' Ordinario; anco senza speciale aggregazione alla medesima Archiconfraternità.

La felice memoria di Papa Paolo V. rivocondo, ed annullando tutte le Indulgenze concedute da Pontefici Predecessori alli Fratelli, e Sorelle della Compagnia del Santissimo Sacramento, concede loro di nuovo.

1 Primieramente Indulgenza Plenaria, e remissione di tutti i peccati nel giorno, che ciascuno entrerà in detta Compagnia, e si confesserà, e comunicherà.

2 In oltre Indulgenza Plenaria a tutti li Fratelli, e Sorelle, che confessati, e comunicati, divotamente intervengono alla Processione solita farsi ogni anno dalla medesima Compagnia nell' Ottava del Corpus Domini, ed accompagnando il Santissimo pregberanno S. D. M. per l' unione de' Principi Christiani per l' estirpazione dell' Eresie, e per l' esaltazione della Santa Madre Chiesa.

3 L' istessa Indulgenza conseguiranno anco quelli, che legitimamente impediti non intervengono alla detta Processione, ma in quel giorno si confesseranno, e comunicheranno, e pregberanno DIO come sopra.

4 Concede parimente Indulgenza Plenaria, e remissione di tutti li peccati alli medesimi Confrati, che confessati, e comunicati nel punto della morte invocheranno almeno col cuore il nome Santissimo di GESU.

5 A quelli, che nel giorno della Festa del Santissimo Corpo di CRISTO si confesseranno, comunicheranno, e pregberanno DIO come sopra, sette anni d' Indulgenza, ed altrettante Quarantene; e l' istessa parimente a quelli, che confessati, e comunicati intervengono alla Processione solita farsi da detta Compagnia ogni terza Domenica del mese, e nel Giovedì Santo. Quelli però, che non saranno iscritti alla Compagnia con assistere alle sudette Processioni, acquisteranno solo ducento giorni d' Indulgenza.

6 Li medesimi Confrati, che solamente confessati accompagneranno processionalmente il Santissimo Sacramento nel Giovedì Santo, conseguiranno cento giorni d' Indulgenza; ed altrettanti ne acquisteranno con visitarlo devotamente nel luogo, dove suole tenersi riposto in quel giorno.

7 Quelli, che con lume o senza, divotamente l' ac-

compagneranno, quando suole portarsi agli infermi; o in qualsivoglia altra occasione, acquisteranno cinque anni d' Indulgenza, ed altrettante Quarantene, per ciascheduna volta. E se faranno impediti col recitare una volta un Pater noster, ed un Ave Maria guadagneranno cento giorni d' Indulgenza per ciascheduna volta.

8 Finalmente le Donne, alle quali non è lecito d' andare girando per le strade, col recitare una volta il Pater noster e l' Ave Maria, e pregare Dio per l' Inferno, al quale si porta il Santissimo Sacramento, conseguiranno l' istessa Indulgenza di cento giorni per ciascheduna volta.

Hæ sunt indulgentiæ certæ, & non incertæ, veræ, & non apocryphæ, quæ sunt concessæ quibuscumque Confratribus, & Confratribus Confraternitatum Sanctissimi Corporis Christi.

Et quoniam ad augendam devotionem erga Venerabile Sacramentum plures alie Indulgentiæ largitæ fuerunt à Summis Pontificibus Urbano IV. Martino V. & Eugenio IV. omnibus, & singulis Christi fidelibus, qui intervenerint Divinis officiis in die festo Sanctissimi Corporis Christi, & in diebus totius octavæ, idè & ipse hic compendiosè sunt annexæ, desumptæ ex summiario impresso in eadem Synodo Farfensi anno 1685. ad pag. 552.

Primieramente, ch'ingue il giorno della Festa del Santissimo Corpo di Cristo sarà presente in qualsivoglia Chiesa, mentre si recita, o canta il Matutinò di quel giorno, guadagna quattrocento giorni d' Indulgenza.

Alla Messa, che lo stesso giorno si dice, o si canta, altri quattrocento d' Indulgenza.

Alli Vesperi della medesima Festa quattrocento giorni per il primo; e quattrocento altri per il secondo.

Alle altre ore Canoniche nell' istesso giorno, cioè Prima, Terza, Sesta, Nona, e Comperia, cento sessanta giorni d' Indulgenza per ciascheduna.

Item ch'ingue sarà presente come di sopra alli Matutini per li giorni fra l' Ottava di detta Festa, guadagna ogni volta ducento giorni d' Indulgenza.

Alli Vesperi fra la medesima Ottava ogni volta ducento giorni d' Indulgenza.

Alle Messe fra la medesima Ottava ogni volta ducento giorni d' Indulgenza.

Alle altre ore Canoniche in detta Ottava ottanta giorni d' Indulgenza per ciascheduna.

Item ogni uno, che il giorno di detta Festa sarà presente, ed accompagnerà la Processione solita col Santissimo Sacramento, guadagna ducento giorni d' Indulgenza.

Item ogni uno, che digiunerà il giorno precedente alla detta Festa del Santissimo Corpo di Cristo, ovvero si eserciterà in altra opera pia, secondo il consiglio del Confessore, guadagna ducento giorni d' Indulgenza.

Item ogni uno, che il giorno di detta Festa, o per sua Ottava si comunicerà, o essendo Sacerdote dirà Messa, guadagna per ogni volta ducento giorni d' Indulgenza.

Finalmente ch'ingue con lume acceso accompagnerà il Santissimo Sacramento, mentre si porta a gli Infermi, acquista ducento giorni d' Indulgenza per ciascheduna volta: e chi in quel tempo, l' anderà divotamente seguitando, ne acquista cento giorni per ciascheduna volta.

Corollari loco, pro conclusione hujus Casus, moveo dubium circa acquisitionem supradictarum Indulgentiarum; ab omnibus Parochis pro instructione plebium non ignorandum. Dubium est. An requiratur status gratia in illo, qui est lucraturus super scriptas Indulgentias; ita ut ejus conscientia debeat esse immunis, pura, & libera à peccato mortali? nec etiam exequenti prædicta bona opera, præcipuè socianti Santissimam Eucharistiam cum lumine,

ne, vel sine lumine, & non ipsa deferatur ad Infernos, sed existenti in peccato mortali reservetur, & si salva Indulgentia pro eo (altem tempore, quo per confessionem, vel veram contritionem recuperabit statum gratiæ, tolletur obicem peccati mortalis. Dixi, pro eo saltem tempore, quo per confessionem, vel veram contritionem recuperabit statum gratiæ; quia donec christianus reperitur in peccato mortali nullam potest obtinere remissionem peccatorum, siquidem remissio peccati est incompatibilis cum culpa mortali ex communi consensu Theologorum, & Canonistarum. Felin. in trakt. de Indulgentiis col. 8. & Brunonius à Sole in addit. Verb. Non prædesse. Eminent. Card. de Laurea in 4. sent. tom. 4. disp. 26. art. 17. n. 780. & ibi S. Bonav. & S. Thomas, ac rationes pro hoc dicto.

Igitur dubium prædictum considerari potest in tribus casibus. Primus est, quando in concessione Indulgentiæ Papa, vel Prælatus expressè requirit confessionem, & Communionem, & in hoc casu non est disputandum, cum confessio, & communio sint conditiones requisitæ pro lucranda Indulgentia; unde qui actualiter non confitetur, & communicat, non consequitur Indulgentiam, quæ tantum valet, quantum sonat. Joann. And. in cap. Quod autem

num. 8. de Penit. & Remiss. Eminentiss. Cardin. de Lugo de Penit. disp. 27. num. 83. Eminent. Card. de Laurea d. num. 780. Casus secundus est, quando Papa, vel Prælatus concedit Indulgentias verè penitentibus, & confessis, qui pia opera requisita exercent. Et in hoc casu duæ sunt opinioniones. Una dicit sufficere confessionem factam in Paschate de peccatis præteritis; quod si nova sint commissa peccata mortalia, sufficere actum contritionis cum proposito confitendi in Paschate venturo; ea ratione, quia Papa non exigit confessionem actualem pro conditione; sed illa pia opera ordinat, quæ sunt interesse Divinis officii, vel Processioni in Octava solennitatis Corporis Christi; unde qui facit dicta bona opera corde contrito, est verè penitens, & confessus. Ita Felin. in d. trakt. de Indulgentiis col. 7. Cardinal. in Clem. 1. de Reliq. & Ven. Sancti. in 4. notab. Abbas in cap. Omnis. Verf. ex his inferri potest, de Penit. & Remiss. & Silvester in summa Verb. Indulgentia num. 20. Alia opinio dicit, quod si post ultimam confessionem quis lapsus sit in mortale, tenetur actualiter confiteri; aliàs non lucratur Indulgentiam, Bonacia tom. 1. disp. 6. q. 1. punct. 5. sub n. 5. ubi alios DD. cumulat. Pax Jordan. tom. 1. lib. 5. tit. 16. n. 33. & Eminent. Card. de Laurea d. disp. 26. n. 780. Verf. & quoniam ubi quod hæc secunda opinio est securior, ut volunt etiam Canonistæ, & Felin. ubi supra col. 7.

Tertius Casus est, quando reperitur concessa Indulgentia facienti aliquod bonum opus, absque mentione confessionis, vel contritionis, ut est in associatione Eucharistiæ, dum deferatur ad infirmos ex Bulla Pauli V. n. 7. & 8. ibi: Quelli, che con lume &c. (Nam in reliquis capitibus requiritur expressè Confessio, & Communio, & in Indulgentiis pro interesse Divinis officii tota Octava Corporis Christi, ab Urbano IV. & aliis Pontificibus dicitur, quod sint verè penitentes, & confessi) Similiter dicitur concessa Indulgentia recitanti bus ter salutationem Angelicam cum Verf. Angelus Domini &c. in manè, in meridie, & in occasu solis, & in ea nulla habetur mentio contritionis, vel confessionis. Fagnan. in cap. Causas Ecclesie num. 4. de Officio Curialis. Quid igitur? Habet, vel non habet Indulgentiam, qui pluries associavit Santissimam Eucharistiam, sed in statu culpæ mortalis, vel centies recitavit Salutationem Angelicam horis præmissis, sed in peccato, tunc quando auferet obicem peccati, per confessionem, & recuperabit gratiam? Non habere, nec recuperare ablato obice peccati, tenet Suarez, Trullench, Faber, De Sacramento Eucharistiæ.

Sotus, Lavorius, Pollachus, Sandarellus, & alii citati à Diana Coordinato tom. 4. trakt. 5. ref. 12. de sumpta ex antiquo p. 5. trakt. 12. ref. 4. E contra Indulgentiam esse salvam, & reviviscere, postquam fuerit confessus peccata sua ille, qui dicta bona opera exercuit, docent Paludan. in 4. dist. 4. q. 4. art. 3. Silvester Verb. Indulgentia n. 32. Henriquez lib. 7. de Indulgent. cap. 9. n. 3. & Jacobus Granadus in 3. part. de Sacram. Controv. 12. trakt. 5. disp. 2. n. 5. ubi plures rationes reddit, & advertit, duos esse terminos hujus Indulgentiæ. Unum promissionis, qui stat in faciendo illo bono opere requisito. Alium solutionis, qui respicit tempus gratiæ recuperatæ, vel per veram contritionem, vel per Sacramentalem confessionem. Licet igitur solutio fieri non possit non existenti in gratia Dei; attamen promissio fieri potest; & illam convenit servare, ne fideles retrahantur à bonis operibus. Hanc quoque opinionem tenent inter antiquos Theologos Mayron, & Rubio, quos citat Antifirius in Theol. Morali disp. 23. n. 60. sic ratiocinantes: Penitentia Sacramentalis à Confessario injuncta etiam in peccato adimpleta, confert suum effectum quoad remissionem peccati temporali ex peccatis ritè confessi veliæ, ex opere operato: Ergo à fortiori etiam Indulgentia, quia ipsa quoque hunc effectum confert ex opere operato satisfactionis Christi per ipsius Vicarium legitime applicatæ. Idcirco Diana Coordin. d. tom. 4. trakt. 5. ref. 12. n. 2. vocat hanc opinionem falsam probabilem, & magis piam; prout etiam Filiucius, & Eminentiss. Cardin. de Lugo apud Pellizar. in Manuali Regul. tom. 2. trakt. 8. c. 5. n. 254. & 255. Ex quibus velim, ut DD. Parochi diligenter essent in edocendis populis actus contritionis, & in eis exhortandis, ut illos quotidie elicerent, & præcipuè dum conveniunt ad associandam sacram Eucharistiam in delatione ad infirmos, ad effectum consequendi indulgentias, quas ipsi DD. Parochi completa communione infirmorum tenentur annuntiare juxta præscriptum Ritualis Romani, de Sacram. Euchar. in fine, & ne frustrentur Indulgentiis concessis in recitatione Angelicæ Salutationis, de qua supra, ac in pluribus aliis piis exercitiis quotidianis; licet enim pius sit credere, quod peccatores exercentes opera bona, pro quibus elargitæ sunt Indulgentiæ, non perdant ipsas Indulgentias, & quod earum fructus referretur pro eo tempore, quo tollent obicem peccati per confessionem, tutius tamen est, ut fatagant recuperare statum gratiæ, si forte cum amiserint per lapsum in culpam mortalem, vel per frequentes confessiones, vel saltem per adus veræ contritionis, ut securiores hoc modo reddant ad propriam utilitatem sacras Indulgentias.

DECISIONIS LXI.

Ad Decembris Casum Prudentialem.

A R G U M E N T U M.

Requirat industria, & cautela servandas à Parochis, tempore Pestis, in administrandis Sacramentis, præsertim Sacra Eucharistia? Ad ornatum hujus Casus declaratur, quid sit Pestis? quid Epidemia? Qui morbi contagiosi? Quæ horum causæ, & remedia? Et circa Pestem, ac Contagium referuntur doctrinæ selectiores Medicorum, Canonistarum, atque Theologorum, & exponuntur obligationes Episcoporum, Prælatorum, Canonicorum, Parochorum, Sacerdotum Sæcularium, & Regularium, nec non Laicorum tempore Pestis. Tandem deciditur, an eo tempore licitè sint Processiones?

SUMMARIUM.

- 1 Pessis quid sit & quot morbos comprehendat?
- 2 Pessis definitio. Et quotplex sit? n. 3.
- 3 Epidemia non est morbus malignus, nec pestilentialis, licet in Jure pro Peste sumatur.
- 4 Endemii, & Epidemii morbi quinam sint?
- 5 Contagium quid sit? Et quod modis contrahatur?
- 6 Pessis non sentiunt Pestem. Et cur?
- 7 Morborum contagiosorum species undecim.
- 8 Scrophule sanantur per contactum Regis Francie?
- 9 Gallicus morbus contractus ab innocente Religioso.
- 10 Pessis dari potest sine contagio.
- 11 Pessis provenit precipue ex aeris corruptione.
- 12 Pessis est flagellum Divini Justitie.
- 13 Remedia plurima contra pestem spectantia ad Magistratum.
- 14 Remedia contra pestem pertinentia ad personas privatas.
- 15 Venam secare peste laborantibus? Questio anceps.
- 16 Privilegia decem in Jure concessa omnibus tempore pessis.
- 17 Parochi aut Confessarii nunquam scribant testamenta infirmorum absque testibus, neque translationes pensionum, ubi sunt usu recepte?
- 18 Conducitor, an deserens domum, ob pestem, debeat solvere pensionem?
- 19 Divortium an Uxor possit petere ob morbum Gallicum Mariti.
- 20 Episcopi tempore pessis tenentur residere, & saluti suorum curam consulere.
- 21 Episcopi pessis tempore tenentur administrare Sacramenta, si alii Sacerdotes desint.
- 22 S. Caroli exemplaris sollicitudo tempore pessis.
- 23 Regularis Prelati obligatio tempore pessis.
- 24 Canonici tempore pessis an possint deserere residentiam?
- 25 Parochi tenentur residere in sua Parochia pessis tempore, aliiis privari possunt beneficio.
- 26 Parochi que Sacramenta teneantur ministrare tempore pessis.
- 27 Eucharistia, & Extrema Unctio manibus est danda tempore pessis.
- 28 Sacerdotes simplices an compelli possint tempore pessis, ut Sacramenta ministrarent?
- 29 Regulares Sacerdotes tempore pessis obligati sunt ministrare Sacramenta.
- 30 Laici peste infecti si conversentur cum sanctis infectis, peccant mortaliter.
- 31 Martyres an sint morientes in servitio peste infectorum?
- 32 Velus, idest Quasi, est dicitio indicans similitudinem.
- 33 Industria decem exercenda per Parochos tempore pessis.
- 34 Extrema Unctio quando sit necessariò danda pestiferatis.
- 35 Abstinere à lucro cuiusvis rei temporalis tempore pessis est precipuum remedium ad servandam sanitatem.
- 36 P. Joannes Maria Monrubens Cong. Oratorii Padue laudatus.
- 37 Pessis tempore an Processiones generales sint licite? Quòd non n. 39. Contrarium n. 40.
- 38 Processiones tempore pessis à quibus Sanctis Episcopis sint praticate?
- 39 Processiones tempore pessis sunt licite, sed cum cautelis hic notatis.
- 40 S. Caroli Borromaei pietas tempore pessis.

CASUS PRUDENTIALIS.

A prudentia DD. Parochorum, & Confessoriorum, pro hujus tractatus complemento, requiritur; Quae, & quot industriae sint per eosdem Parochos tempore pessis, Epidemii, morborum contagiosorum adhibende, ut suo muneri satisficiant in administrandis Ecclesie Sacramentis, & præcipuè sacra Eucharistia, pro eterna salute sua, ac suorum Parochianorum consequenda?

Ad ornatum hujus casus, & pro non ineganti ejus resolutione, nonnulla sunt desumenda à Medicis, alia à Juristis, & demum alia à Canonistis, & Theologis.

A Medicis discere oportet, quid sit pestis? quid Epidemia? qui morbi Contagiosi? & horum omnium cause, ac remedia?

Quò ad Primum. Pessis est nomen generale, indicans mala gravia non tam corporum, quam animorum. Galen. in prim. & in tertium Epidem. comm. 3. & 7. Andr. Gall. de peste fusc. 4. Zacchias in Quest. Medicol. lib. 3. tit. 3. quest. 1. n. 20. unde non solum morbos Epidemicos Pestem appellamus, sed homines etiam malos, & impios, ut Plautus in Pseud. Act. 1. Sc. 2. loquens de Lenone Ballione.

Quin omnes una peste hac populum hunc liberant? Et de Polyphemo Virg. 3. lib. 3. Æneid. Dii talem avertissent pestem.

Necnon Armida volens se occidere apud Tassum in sua Jerusalem. cant. ultim. stanza 126.

Felicis me, si nel morir non reco Questa mia peste ad infetar l' Inferno.

Siquidem inordinatos animi affectus, ipsi quoque amorem Pestem antiqui appellaverunt, ut de Didone, idem Virgil. Æneid. 4.

Quam simul, ac tali perentis peste teneri Chara Jovis conjux.

Et provenit hoc nomen Pessis à despascendo, quia Pessis cum fera quadam venenosa non solum paucos aliquot miserè perdat, verum totas civitates depascatur. Guainer. de peste diff. 1. cap. 1. & Tolosan. Synagm. Jur. lib. 3. cap. 21. n. 1.

Verè autem & propriè pestis est morbus Epidemicus, 2. sive popularis; pluribus secundum plurimum perniciosus, ex communi causa originem ducenti. Ita Zacchias d. tit. 3. n. 31. Dicitur autem morbus Epidemicus, aut popularis; quia Epidemia est quoddam genus morbi, quòd irrepit in populum; at de per se non habet malignitatem illam, que reperitur in Peste. Idem Zacchias in d. qq. Medicol. lib. 8. tit. 3. q. 1. n. 9. E contra verò Pessis non solum irumpit in omnes, sed habet qualitatem pravam, deleteriam, & perniciosam; deducens brevi homines ad ortum; idè què omnis pestis est Epidemia, idèst irruens in populum; sed non omnis Epidemia, morbulvè Epidemicus est pestilentialis, siquidem, ut dictum est, morbi Epidemici non sunt maligni, quales sunt Raucedines, Gravedines, Diarree, aliqvè infirmitates, quæ solent dilatari in populo, sed non causant mortem; & hinc videntur non propriè locuti, appellando Epidemiam pestilentialem. Tiraquell. de Leg. Connub. lib. 1. p. 15. n. 47. & Savaarola de Febr. c. 9. rubr. 1.

Dividitur Pessis, ut alia dicatur gravissima, alia minus gravis. Illa dicitur gravissima, quæ vel diffunditur in multas civitates, vel durat pluribus annis; vel nulli speciei hominum, animaliumque parit; Et tam nobiles, quam plebejos profernit; vel si nullo anni tempore intermitrat, si celeris sit in occasione, ita ut non solum intra trium, vel quatuor dierum, minusve partium infectos pernevet, sed quatuor, vel tribus, duobus, aut hora una; ut doctè differit Zacchias d. lib. 3. tit. 3. quest. 2. ubi è contra auctoritate Medicorum, & exemplis demonstrat, minus gravem dici posse illam, quæ aliquam tantum

tantum Urbem, quasi ex familiaritate tangit, ut Constantinopoli, & in Cairo, vel quæ alicujus ætatis, aut conditionis tantum homines, seu certam solummodò bestiarum speciem necat, vel non sentitur in Hyeme, & Vere, aut tempus infectis relinquat, ut medicamenta opportuna valeant adhibere.

Epidemia igitur juxta prædicta, ex Medicorum principis, non est morbus malignus, seu pestilentialis, etsi vagetur in pluribus, aut etiam in omnibus unius civitatis, quales sunt faucium inflammationes, dolor capitis, (qui vocatur etiam Male del Castrone, & olim Neapolitanos afflixisset ait Zacchias d. lib. 3. tit. 3. q. 1. n. 36.) Lienterie, Diarree, & Dilenterie, quales agitabant strenuos defensores Austris, à Turcis obsessæ anno 1683. iisdem enim affligebantur, sed non moriebantur. Porrò Epidemia aliquando in Jure, & juxta Pontificias Constitutiones accipitur pro ipsa Peste; ut in Bulla S. Pii V. incipien. Decreti, & Honefati anno 1570. quæ concedit Monialibus exire de Clausura in casu magis Incendii, Lepre, & Epidemii, (quod fuit consideratum supra in primo casu Mensis Aprilis hujus anni Decis. 18.) & idcirco in dicta Bulla nomen Epidemii non denotat morbum popularem de facili sanabilem; sed infectionem pestilentialem, malignam qualitatem præferentem, cum manifesto mortis periculo, ut pluribus prosequitur idem Zacchias lib. 8. tit. 3. q. 1. d. n. 7. & seq. & DD. apud Novarium in Summ. Bull. part. 2. Com. 37.

Ad Morbos Contagiosos quod attinet, hi vel sunt Endemii, vel sunt Epidemii. Illi sunt morbi Endemii, qui quasi vernaculi, & Patrii habentur in usu apud aliquam gentem, vel ex locorum, aut civitatum naturali intemperie, & sita; aut alia quadam ex causa omnibus habitantibus communi, ut ex aërum insalubritate, seu ratione situs, & hujusmodi; quemadmodum gallicus morbus dicitur familiaris Indiarum aegypti, ophthalmis, sive oculorum inflammationibus Ægyptis; stulticia, & fatuitas populis Vallis Tellinæ, Hemitreutes, atque Melancholia Hypochondriaca Romanis; ad tradita per eundem Zacchiam d. lib. 3. tit. 3. quest. 1. n. 27. & seq. ubi subdit Epidemios esse morbos, qui trahentes originem à causa universaliori, & præcipuè ab aere obfidente, & infestante non solum unam, sed plures civitates: vocanturque populares, & Epidemii, si carent venenosa, & deleteria qualitate: quam poëta si secum afferant, dicuntur, & sunt pestilentiales, quòd etiam explicat Ripa in tract. de Peste, & Roderic. qq. Regul. tom. 2. quest. 49. art. 4.

Sed antequam ponamus morbos contagiosos, scire oportet, quid sit Contagium, & quod modis contrahatur? Est autem Contagium infectio ab uno in aliud transfusa. Ita Fracastor. lib. 1. de Contag. cap. 1. Contrahitur autem tripliciter: Primo per immediata contactum duorum corporum; quorum unum si infectum sit morbo contagioso, eundem transfundit in alterum corpus sanum. Secundò per contactum rerum porosorum, seu vestium, & indumentorum, quæ permanentes incurruptæ, aptæ sunt conservare morbi contagiosi semina; & idè sæpe evenit ut tempore pessis homines aviditate ducti, colligentes suppellectilia, & regumenta, quibus infecti utebantur, contrahunt pestem, & mortem appetunt. Tertio per aërem inspiratum, quando scilicet aer corruptus est, & tamquam venenum ab hominibus per respirationem attrahitur, vel quando affissentibus laborantibus morbo contagioso, eorum expirationem excipiunt, per quam inficiuntur. Mercat. de Febr. lib. 7. cap. 1. Septal. lib. 2. de Peste cap. 10. Zacchias d. lib. 3. tit. 3. q. 1. n. 11. & q. 1. n. 2. & 3. Hinc omnium animalium Pices minime pestem sentire, Auctor est Aristotel. 8. de Histor. Animal. cap. 19. & Plinius lib. 8. cap. 49. undè emanavit Proverbium illud: Pisce nil sanus; vel quia Pices nullam aërem inspiciunt, vel si & ipsi respiciunt, (ut ex Hippo-

crate ostendit Rondelet. de Piscib. lib. 3. cap. 11.) aer, quem respiratione attrahunt, corrigitur ab aqua, per cujus medium transit, & cum aeris pestilentialis qualitas sit calida, ab aquæ frigiditate emendatur, ut philosophatur idem Zacchias d. quest. 2. n. 49. ubi examinat, an vera sit sententia Plinii, & Aristotelis, quam defendit Cardan. lib. 6. de varior. cap. 37. sed impugnat Weinrich. de Orr. Mosfr. cap. 16. & contra Aristotelem sensisse videtur Virgilius 3. Georg. ubi pestem quamdam describens, cum cuncta animalia ea infecta fuisse enarrasset, subdidit hæc carmina.

Jam maris immensi prolem, & genus omni nataantum Littore in extremo ceu naufraga corpora fluitans Proluit; insolite fugiunt in flumina Plocæ.

Morbi verò contagiosi, qui per contactum, vel ex respiratione contrahuntur (etsi omnes non sint malignæ naturæ, & mortales) sunt sequentes. 1. Alopecia, idèst capillorum casus. 2. Acboris, seu favis, nempe ulcera foetida, manantia è cutis capitis tenuissimis foraminibus. 3. Ophthalmia, seu Lippitudo, & infirmitas oculorum. 4. Tinea puerorum, nempe vermium generatio. 5. Scabies, quæ est pruritus in universo corpore, vel in pluribus ejus partibus, proveniens ex asperitate, vel pulvis, vel ulcuculis; quæ aliquando est humida, aliquando est sicca. 6. Strume, sive Scrophæ, vel Scrophulo, & sunt tumores evenientes in collo, & in axillis, ac se propagantes; idè quæ sic dicitur, quia plures gi-guntur conceptus, nempe minores tumores, quorum sunt secundiffimæ, veluti Scrophæ, Zacchias d. lib. 3. tit. 2. quest. 5. num. 6. & 7. Hæ sanantur contactu Regis Francie ex privilegio cœlesti, ut testatur quotidiana certaque experientia, & scribitur Guido in Chirurg. magna tractat. 2. dicit. 2. & 5. Joann. Tagut. lib. 1. Institut. Chirurgicæ, & Martinius Deltius Disquisit. Magic. lib. 1. quest. 4. col. 13. pag. 22. ubi dignum scutica ait, Cardanum lib. contradii. Medic. scribentem, Christianissimas illas Majestates ex longo usu aromatum hanc virtutem habere. 7. Lepra, quæ est cutis asperitas cum pruritu, & corporis colliquatione depalcens profundas corporis partes orbiculatim, atque piscium instar squammulas ex se se emittens. 8. Elephantiastis, quæ est alia species lepræ, faciens pellem similem elephantorum cuti, & de qua Mercurialis lib. 2. de morbis curan. cap. 5. qui de omnibus lepræ speciebus agit. 9. Tabes, seu Pothis, quæ est ulcus pulmonis, ex quo consumptiva febris, hæctica dicta, generatur, & est valde contagiosa. 10. Lues Venerea, Gallicus morbus dictus, & est infectio, seu contaminatio massæ sanguinæ, & coitus præcipuè inquinamentis, vel alio modo per contagium communicata. Quo loco meminisse pium, ac Religiosum virum lucem hanc contraxisse, ex eo quod, dum ipse iter ageret, in latrina ad exonerandum ventrem fedit, in qua tali morbo correptus steterat. 11. Pessis tandem est omnium contagiosorum morborum regina, ex communi hominum opinione, qui salubrius remedium putant esse fugam à locis, & personis infectis, ex animadvertione Arist. 1. Probl. 7. & Galeni de diff. febr. cap. 2. num. 1. adè ut praxis doceat, peste infectos ex civitatibus expellendos. Alexand. in leg. Casus num. 3. de Testam. Berthachin. de Gobell. & Vellig. part. 2. num. 49. & Medici omnes scribant, præcipuum Pessis signum esse contagium. Heurn. de Peste cap. 5. Septalius eodem tractat. lib. primo cap. 28. & lib. 2. cap. 8. & Forestus lib. 6. observat. 24. qui narrat, quemdam peste infectum retinuisse in manu ovum recens natum, illudque per breve spatium lividum, ac putridum evasisse; eodemque ovo in mensa posito aliud propè appositum similiter infectionem contraxisse. Non desunt tamen Medici opinan-

11 tes dari posse Pestem sine contagio, quos allegat Zacchias d. lib. 3. tit. 3. quest. 2. num. 21. ubi rationes eorum expendit, & illam præcipue, quod plurimi præceduntur Peste ex abrupto, & absque eo quod tegerint quiddam contaminatum, & quamvis omni cautela se custodierint; signum quod Pests non ex contagio semper, sed aliquando ex sola attractione aeris corrupti, vel habitus infecti, aut corporum infectorum sola inspectione contrahatur, juxta fixum Medicorum principium. Pestem habere originem ex aere intemperato, & corrupto, quem in nos ipsos, tamquam præsentaneum aliquod venenum respirantes, attrahimus, & ingerimus. Galenus in lib. de Thriaca ad Pison. cap. 16. class. 5. Hercul. de Febr. trah. 4. cap. 1. & cap. 3. Rudius lib. 3. Art. Med. cap. 30. & Zacchias d. lib. 3. tit. 3. q. 2. numer. 23. & segg. & n. 29. ubi aliam quaestionem discutit, an vera Pests de necessitate febrem adjungam habere debeat, & pro utra opinione argumenta adducit, à curioso lectore ibi videnda.

Tandem quod ad causas, & ad remedia attinet morborum contagiosorum; si de peste loquimur, constat ex jam dictis, eam esse aeris corruptionem, vel ex aliqua causa universali, vel particulari; ut ex cloacarum immunditia, exhalationibus specum, vel cadaverum putrefactorum; sive ex pravitate cibi, & potus, ex qua resultant humores mali, quibus putrefacti generantur in corporibus exanthematosa, & morbi pestilentialia, qui de sua natura sunt incurabiles, ut pluribus profequitur Zacchias cons. 71. num. 13. & in quest. Medicoleg. diu. lib. 3. tit. 3. quest. 3. num. 9. & n. 10. ubi præter causas naturales, illam notat supernaturalem, videlicet ipsum Deum, qui mortalium facinora vindici dextra, hac ratione, in hac vita ulciscitur, quod etiam advertit inter Jureconsultos Ripa in trah. de peste part. 1. num. 8. Previdell. part. 7. n. 7. & Tholofan. Syntag. Jur. diu. lib. 31. cap. 21. num. 3. id pluribus Sacra Scripturae testimoniis comprobans; advertens aliquando ab ipso Deo mortales moneri, ut fugiant flagellum per emendationem vitæ, dando signa in caelis sursum, defectus quosdam Solis, aut Lunæ, vel Stellarum, Cometas, Lampades, aliasque in aere igneas impressiones, vel in terris terremotus, ipsique telluris halitus, vaporesque crassos, & graviter olentes, necnon infectorum multitudinem, morbillos, variolæque in pueris, quæ omnia sunt indicia futuræ Pests, & contagii. Zacchias d. tit. 3. quest. 3. à n. 1. & segg.

Remedia verò adversus Pestem alia sunt spectantia ad Publicos Magistratus; alia sunt propria cujusque hominis; uno excepto, quod spectat ad utrumque; & est, placare Deum Supplicationibus, Sacrificiis, & Pœnitentiis; hæc enim agentes: Quis scit, ut habetur Jobe 3. 9. si convertatur, & ignoscat Deus, & revertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? Igitur Magistratus Publici, & Rectores Civitatum tempore Pests debent, 1. Curare, ne immunditia sint per vias. 2. Ignes fieri in locis frequentibus, ex bonis lignis, ad aeris purgationem. 3. Machinas tormentarias, pulvere bombardico repletas, absque globis, explodi mandare sub diei, noctisque crepusculis, quarum ictus aerem agitando immurant, & purgant. 4. Custodes in portis Civitatis diligentes ponere, qui neminem absque certa fide sanitatis ingredi permittant. 5. Expellere advenas, si qui ex locis suspectis advenissent. 6. Peste infectos quantum fieri potest à sanis segregare, illos vel ad Lazaretos mittendo, vel in propriis domibus sequestrando. 7. Cadavera mortuorum altè, & citò desolito curare. 8. Canes, & felces occidi mandare, & præcipue porcos, quorum excrementa aerem venenosum faciunt. 9. Doctos Medicos, & Chirurgos deputare, qui infectis medeantur. 10. Vestes, & indumenta infectorum omni diligentia igni esse tra-

denda, præcipere. 11. Invigilare, ne carnes putridæ, piscisque corrupti vaneant; & ne pravi homines linimenta venenata, vel pestilentialia domorum januis, pessillive inurant. 12. Eos, qui infirmis deserviunt, Medicos, Chirurgos, Pharmacopolas, & consimiles, signo evidenti vestiri, ut fani longè ab illis valeant consistere, in precepto dare.

Homines verò privati hæc sibi procurare fatigant pro salute tuenda. 1. Abstineant à contactu rerum, 15 quæ contagium suscipere possunt; & sunt omnia ex lino, canape, serico, corone, lana, bombace, pilis, atque charta, & litteræ, nisi igne quam bene exustæ. At non contrahere contagium dicuntur panis, vinum, oleum, acetum, aromata, fructus, carnes sanæ, frumentum, farina, ac omnia metalla. 2. Fugiant aerem corruptum. Habitatio alta eligatur, in qua venti spirant vel ab Oriente, vel à Septentrione: secus autem ab Austro, vel à locis superstitis, qualia sunt cæmeteria, sterquilina, cloacæ, aquæ stagnantes, vel hortii, in quibus ficus sint, & nuces. 3. Ardeat continuis ignis in focaliis domus, & in eo odoramenta projiciantur, flores, aquæ odorosæ adhibeantur. 4. Canes, & felces in alienas domos transire non permittantur, facillimè namque contrahitur pestis à canibus, ovibus, & mulis, ut demonstrat Cæli Rhodigin. l. 1. antiquar. lib. 17. cap. 28. & Zacchias d. lib. 3. tit. 3. q. 2. n. 51. ubi dat exempla. 5. Non exendum domo ante Solisortum. Calor nimius, vel frigus evitandum, à conventu hominum, & colloquio abstinentium. 6. Utendum cibis solidis; edendum potius abundanter, sed non ut cruditates generentur. Vinum non potens fit, & ejus usus moderatus. Aqua cruda, si bibatur, fit levis, & sana. Pestifera est Aquavita, ideoque odio habenda. 7. Somnus moderatus. Vigiliæ superflue nocent, ac somnus diurnus. 8. Excrementis corpus exoneretur quotidie, & qui eger, utatur emollientibus. 9. Ab omnibus Medicis coitus hoc tempore damnatur, & meretricis expellendæ à Civitate advertunt. 10. Corporis exercitia mediocria sint. 11. Passiones animi moderandæ. A tristitia fugiendum. Hilaritas virtuosa sectanda. 12. Mundities in corpore custodienda. Vestes sæpe lavandæ, ac mutandæ. A Balneis publicis fugiendum, & contactus rerum suspectarum evitandus, aceto manus frequenter lavandæ, ac pecunia, si quæ exiguntur, eluendæ. Quæ omnia latius proponit Zacchias, ex aliis Medicis collecta diu. lib. 3. tit. 3. quest. 4. De cura præservativa à peste.

Sed utrum expediat, tempore Pests, secare venam, & iis, qui pestilentiali contagio laborant, sanguinem extrahere? est quaestio anceps, habens hinc inde rationes; quas curiosus Lector legere poterit apud Aretium Episcopum Tortonen. lib. 6. Impress. 190. cap. 5. ubi concludit pro negativa; quem amplectitur etiam Marchin. de peste Problem. 34. remed. 11. ita scribens: Hoc unum silendum mihi non est, à fide dignis acceptum, quod postestis haud poterit esse forte inutile. In hac peste Florentina de Anno 1631, 1632. quibus vena secabatur, perire fore omnes. Idem testatur de peste Lugdunensi Anno 1628. & 1629. Joann. Grillolicus cap. 1. ubi sic ait: Nec silendum gravissimè ab iis in peste sananda peccavi, qui à potentiibus purgantibus, & missione Sanguinis curatione suspicantur; cum potius elaborandum sit, & impendendum, ut sudor copiosus exprimatur, & antidoz viscera, & intestina roborentur, & recedantque. Et Philippus Ingrass. de peste Pavormitana scribens part. 11. cap. 9. inquit, idem esse, pestis tempore sanguinem mittere, ac velle quamprimùm sepultura mandare, cum experimentum comprobaverit, toto eo tempore, quo pestis grassata est in illa Urbe, omnes, quibus vena secabatur post paucos dies interisse. Id ipsum plenius testatur Fracastorius lib. 6. cap. 5. accidisse in peste, quæ Anno 1505. & 1528. per totam

tam Italiam deservit. Hucusque Machinus. Et hæc satis ex Medicorum fontibus.

A Juristis autem plura traduntur concessa tempore Pests tamquam ex privilegio; præcipua autem sequentia. I. Quod valeat testamentum factum coram duobus testibus tantum. Alex. in l. Scriuarios col. ult. Cod. de Testam. milit. Portius in Instit. tit. de Testam. milit. num. 11. Marc. Mantua Patavinus tom. 1. conf. 25. & Eques M. Anton. Peregrinus in Decif. Patavinis, decif. 80. n. 1. II. Et multo magis si apud duos testes intervenierit etiam proprius Parochus, vel Confessarius testatoris. Guid. Prop. q. 543. in fine. Boer. decif. 228. sub num. 11. Immo etiam si scriptum fuisset testamentum à Parocho cum præsentia unius testis tantum. Marchin. de peste part. 3. cap. 3. num. 3. cui adhæret Diana Coordinatus tom. 6. trah. 8. resol. 67. quæ jacet in antiquo part. 7. trah. 6. resol. 42. alias 41. III. Ulterius valet testamentum factum coram duabus feminis testibus, si viri haberi non poterint. Portio d. n. 11. & Peregrin. Patavin. d. decif. 80. num. 3. quem approbat Molan. de Pii testament. cap. 83. & alii DD. citati per Dianam Coord. d. tom. 6. trah. 8. resol. 61. desumpta ex eadem part. 7. trah. 6. resol. 36. alias 35. Volpi Resol. 204. n. 20. IV. Porro si solus Parochus, vel Confessarius sit testis testamenti facti à Peste infecto, & defuncto, testamentum non valet, ea irrefragabili ratione, quod dictum unius est dictum nullius. Peregrinus Patavin. d. decif. 80. sub num. 3. Vers. Illud autem, & ibi Card. Zabarella conf. 83. ideo Parochi sint cauti, & adhibent in hac materia semper aliquos testes, ne se exponant consilio, aut suspitioni falsitatis. V. Item tempore Pests valet testamentum conditum à pestiferato existente in Casono, quamvis notus illum non viderint, dummodo illius vocem testam habuerint. Ita Parisius consil. 33. vol. 2. Roland. à Valle conf. 81. num. 24. & Peregrin. cit. decif. Patavin. 80. num. 4. Quamvis plurimi Juristæ contrarium doceant, inter quos Ciarrin. cap. 109. num. 36. Alciat. lib. 9. conf. 94. Farinac. de Testib. q. 69. num. 188. & Menoch. de Arbitr. Jud. casu 475. n. 23. cum quibus sentit Diana Coord. d. tom. 6. trah. 8. resol. 64. quæ stat in veteri d. part. 7. trah. 6. resol. 39. alias 38. ob evidens periculum fraudis; quæ cessante contrarium sententiam in praxi esse tenendam dixit Marchin. de peste part. 8. cap. 2. num. 18. VI. Quod si pestiferatus testando balbutiat, & linguam quæ ingrossatam habeat, ut à testibus sufficenter intelligi non possit, testamentum ejus non valet, ut pluribus rationibus, & auctoritatibus DD. probat idem Peregrin. cit. decif. 80. num. 5. & 6. VII. Quæ dicta sunt de testamentis tempore Pests, multo magis procedunt in codicillis, & in donationibus causa mortis. Peregrin. ibid. num. 2. & Marchin. de peste d. part. 8. cap. 1. num. 15. & n. 25. ubi advertit prædicta omnia privilegia habere locum non solum in pestiferatis, sed etiam in illis, qui deserviunt Peste infectis. Ulterius tempore pestis, quæ fuit Romæ anno 1656. concessum fuit à Summo Pontifice Alexandro VII. ut non solum testamenta, sed etiam translationes Pensionum possent fieri coram Confessario, & duobus testibus juxta ejus Constitutionem. Incipien. In supremo. Dat. 18. Septemb. 1656. Agit de iisdem Translationibus Lor. de Reb. benef. lib. 1. q. 40. sed apud nos non sunt us receptæ. VIII. At nunquid propter Pestem supervenientem si Inquilinus dimittat domum conductam, teneatur ad solutionem Pensionis domus? Abb. in cap. Propter. num. 7. de locato. & cond. dicit, in puncto juris non teneri, nam timor mortis est iusta causa deferendi domum, arg. text. in l. Habitatores. §. Iterum. ff. cod. Quamvis in praxi subdit Abbas, hoc vis. possit obtineri, quod mihi videtur verius; nam timor mortis non provenit ab ipsa domo, prout eveniret, si mi-

De Sacramento Eucharisticæ.

naretur ruinam, vel larvæ eam infestarent; sed procedit à causa universali tangente omnes civis, ideoque locator non debet perdere pensionem domus. IX. Timor Pests excusat ab obligatione comparandi in judicio. Bart. in l. De etate. ff. ad Trebell. Gloss. in cap. Communis causa. Verb. morali 23. dist. & Gloss. in cap. Si verò de Jurisjurand. Tondut. de Preventionis part. 1. cap. 9. num. 50. Immo tempore Pests interrupt præscriptionem. Bart. in l. Naturaliter. ff. de Usucap. ratio est, quia tunc Jus non redditur, & nulli agere licet, & ideo quilibet excusatur eo tempore à mora, à contumacia, à perjurio, & ab aliis multis, de quibus Ripa de posse part. 1. num. 8. & Maschard. de Probat. conclus. 20. per totam. X. Tandem quando non solum ob Pestem, sed etiam ob alios morbos contagiosos supra relatos conjux non teneatur reddere debitum matrimoniale, immò posse petere divortium, præcipue 20 ob scabiem, lepram, vel morbum gallicum tractant Bisius in Hierurg. Verb. Lepra tom. 1. & Zacchias in cit. Q. Medicoleg. lib. 3. tit. 3. quest. 6. quos in casibus occurrentibus adire jubabit: prout etiam, Riccium in Collat. decif. 530. ubi disputat, an sit nulla professio facta à Religioso habente luem Veneream, quam prius Superioribus Religionis non manifestaverat.

Tandem quæ à Canonistis, ac à Theologis traduntur occasione Pests concernunt personas vel Prælatorum, vel Canoniorum, vel Parochorum, simpliciumve Sacerdotum, Secularium, vel Regularium, aut Laicorum; de quibus omnibus breviter magis essentialia referam.

Circa Prælatos, Episcopi tempore Pests non possunt deserere suam Diocesim, sed tenentur in ea 21 residere, & saluti suarum ovium tam in spirituali, quam in temporalibus consulere; ut respondit Papa Gregorius XIII. die 18. Decembris 1576. teste Fagnano in cap. Clericos num. 47. de Cleric. non residen. Et qui aliter facerent, non solum peccarent contra charitatem præponendo propriam vitam corporalem animarum sibi commissarum salutem, sed etiam contra justitiam, cum pro residentia, & ovium cura recipient proventus Episcopatus. Rutil. Benzon. in Specul. Episc. in trah. de fuga temp. pestil. lib. 1. disp. 1. concl. 4. & Marchin. de Bello Divino, seu de peste part. 1. cap. 2. Hinc Episcopos, si defuissent, teneri excipere confessiones Pests infectorum, & eis Sacramenta administrare advertunt Chapeville de posse cap. 5. q. 7. & Gobat. in Theolog. experim. trah. 1. n. 143. non obstante periculo vitæ, & defectibus Parochis, aliisque Sacerdotibus, qui ex mera charitate, hæc munia agant, debent Episcopi propria peccata concedere Sacerdotibus exteris pro hujusmodi functionibus. Gobat. d. trah. 1. n. 131. & segg. & invigilare, ne defint Sacramenta, neque Sacrificia opportunis in locis habenda; ad quem effectum impetrare eos oportet ab Apostolica Sede facultatem tunc absolvendi à quibuscumque casibus relictis per omni Confessario. Diana Coordin. tom. 1. trah. 5. resol. 12. Quæ est in veteri part. 9. trah. 7. resol. 12. tum celebrata faciendi vel in vis publicis, vel in Oratoriis privatis, prout melius cognoverint expedire. Nicol. Canon. lucubr. lib. 5. tit. 33. n. 7. limit. 6. Diana Coord. tom. 4. trah. 2. resol. 22. Ex part. 9. trah. 1. resol. 45. Unum est, de quo disputant Canonistæ, ac Theologi, an Peste imminente liceat Episcopo deserere suam Civitatem, & se recipere in aliquo loco tuto in Diocesi, vel propè Diocesim, ut saluti suæ consulat, & ovium suarum necessitatibus provideat, relicto in Civitate Vicario, qui sua munia exequatur? Sunt hinc inde opinionones, quas referunt Gobat. d. trah. 1. n. 144. & segg. Fagnan. in e. Ad supplicationem n. 22. de Reveniat. & Pignatell. tom. 4. consil. 17. à n. 35. & segg. quos Episcopi poterunt legere; sed fructuosius quid egerit S. Carolus Borromæus apud Justan.

in eius vita lib. 4. à cap. 1. & feqq. usque ad c. 10. Quod autem dictum est de obligatione Episcopi tempore Pestis, asserunt etiam Theologi de Prælo Regulari circa sum Cœnobium, quod non debet deserere, sed indigentibus spiritualibus, & temporalibus suorum Religiosorum teneat providere, iidem tamquam Pastor, & Pater, si alii deficiant, Sacramenta ministrando; Baldell. in Theolog. Mor. tom. 2. lib. 2. disp. 19. n. 19. Sanch. in Decalog. lib. 6. cap. 2. n. 55. Diana Coord. tom. 7. traç. 1. resol. 17. sumpta ex part. 9. traç. 7. resol. 54. alias 53. & Peyrin. tom. 1. quest. 1. cap. 11. vers. Dico secundo. Et hæc de Prælatibus.

Circa Canonicos, opinantur Hurtadus, quem refert Diana Coord. tom. 8. traç. 10. resol. 2. (ex Veteri parti. 5. traç. 13. resol. 24.) & ex utroque Gobat. d. traç. 1. n. 162. & 163. eos tempore Pestis non posse deserere residentiam; quia cum Pests sit bellum Dei. Bart. & DD. in l. Naturaliter. ff. de Usucap. Ripa de peste in Prælat. n. 8. Canonici debent pugnare, & Civitatem defendere Orationibus, Divinis Officiis, ac Sacrificiis. Fagnan. in cap. Non minus n. 61. De Immunit. Eccles. Immo in defectum Parochorum administrare Sacramenta. Caramuel in Theol. Præteriti. num. 2506. Porro communis est sententia Canonistarum, posse Canonicos, Peste grassante, deserere residentiam, etsi dubium sit, an absentibus debeant distributiones quotidianæ? quod affirmativè fuisse resolutum à Sac. Congr. Conc. in una Patavina nota Monetæ de Distribut. Quotid. part. 2. q. 5. nu. 76. Et idem confirmat iterato decifum ab ead. Sac. Congr. die 9. Nov. 1630. Et 26. Martii 1654. & 26. Julii 1657. Nicolius d. lib. 3. tit. 4. n. 46. tribus tamen conditionibus concurrentibus, quod Canonici sint soliti residere; quod consuetudo sit dandi distributiones absentibus ex iusta causa; & quod verè Pests grassetur.

At circa Parochos, eos omninò debere residere in sua Parochia tempore Pestis ex sententia S. Thom. 2. 2. q. 26. art. 5. in fine. & Navarii in Man. c. 24. n. 10. & cap. 25. n. 20. fuit, post longas disputationes, requirente S. Caroli, decifum à Sac. Congr. Concil. die 11. Octobris 1756. cum hoc tamen, ut possit Parochus ministrare per alium Sacramenta peste infectis, ut valeat ipse juvare sanos. Fagnanus in cit. c. Clericos à num. 37. & feqq. De Clerico non residen. ubi motiva ab Emin. Cardinalibus considera trefert, ac sensum Summi Pontificis Gregorii XIII. Quæ omnia repetunt Gobat. d. traç. 1. n. 116. Baldellus d. tom. 2. lib. 2. disp. 19. n. 17. & 18. Peyrin. d. tom. 1. q. 1. cap. 11. vers. Probatur. Et Barbol. Apostolic. Decif. verb. Pests. Collecian. 574. ubi observat, quod contra Parochos, qui tempore Pestis residentiam deseruerint, procedendum est ad privationem beneficij, servata tamen forma præscripta à Concil. Trid. sess. 23. cap. 1. quod ex mente Sacre Congreg. latius profecit Fagnan. in cit. cap. Clericos n. 41. de Clerico non residen. Sed utrum Parochi præter Sacramenta necessitat, scilicet Baptifmum, & Pœnitentiam, teneantur etiam alia Sacramenta laborantibus peste ministrare? De Sacro Viatico affirmant Castrop. part. 4. traç. 21. punct. 20. num. 2. Pax Jordanus lib. 3. tit. 3. num. 23. Biffus in Hierurg. tom. 1. verb. Eucharistia num. 180. Barbola de Parocho cap. 20. n. 46. & Gobat. traç. 4. n. 414. servatis tamen cautelis, de quibus infra; ac etiam de Extrema Unctione Gobat. traç. 8. n. 902. Biffus tom. 2. verb. Minister Sacramentorum, n. 171. §. 34. Barbola de Parocho cap. 22. n. 14. Silvius, & Nugnus apud Dianam Coordinatum tom. 2. traç. 4. resol. 26. (Quæ in antiquo est part. 3. traç. 4. resol. 173. alias 174.) quamvis non desint auctores opinantes, Parochum cum periculo vitæ non teneri ad danda Sacramenta Eucharistia, & Extremæ Unctionis, si illud Pœnitentiæ ministraverit, ut referunt Gobat. & Biffus

ibid. & magis apertè Fagnan. in cit. c. Clericos n. 40. De Clerico non residen. ubi ait, magnam fuisse disputationem in S. Congr. Concilii anno 1576. circa obligationem Parochorum ministrandi Eucharistiam, & Extremam Unctionem peste infectis ob doctrinam S. Antonii 3. p. tit. 22. cap. 13. §. 3. ibi citati, & dicentis, eos teneri administrare Sacramenta (quod dictum ego reperire non potui in meo codice.) Nihilominus Summus Pontifex Gregorius XIII. nihil voluit de hoc decernere; & mandavit, referri S. Carolo, Parochos teneri omninò administrare Sacramenta Baptifmi, & Pœnitentiæ vel per se, vel per alium pœnteratis; ad effectum scilicet, ut ipsi Parochi possint consulere indigentibus spiritualibus eorum, qui sani sunt. Idcirco non esse præcisè obligatos Parochos dare Sacrum Viaticum, ac extremam Unctionem his peste infectis, qui Pœnitentiæ Sacramentum receperunt, docet Suarez de Extrem. Unct. disp. 44. sect. 3. n. 20. Gobat. traç. 1. n. 154. Molfesius in Summa tom. 1. traç. 4. cap. 3. n. 52. Majol. de Irregular. lib. 2. cap. 20. n. 3. Marchin. de Bello Divino 3. cap. 2. n. 4. & alii quos citat, & sequitur Diana part. 5. traç. 3. resol. 53. posita in Opere Coordinato tom. 2. traç. 2. resol. 18. Quatenus verò à Parocho, vel alio Sacerdote daretur Sacrum Viaticum laborantibus peste illud porrigi posse in cochleari argenteo, vel in pagina munda statim comburenda, docent Venerus in Exam. Episc. lib. 4. cap. 46. n. 47. & Mancinus in Praxi vifit. instrum. præf. 8. dub. 18. Sed hoc confutat Diana Coord. d. tom. 2. traç. 2. resol. 99. §. 100. (Et referri part. 4. traç. 4. resol. 114. & part. 5. traç. 3. resol. 50.) Prout etiam quod Extrema Unctio dari possit cum virga oblonga. Nald. verb. Sacram. n. 7. in fine. Biffus d. verb. Minister Sacramentorum num. 171. §. 34. Quæ omnia tamquam indecentia post maturam Theologorum discussionem fuisse prohibita à S. Carolo in Act. Mediolan. De Cura pestis. cap. 15. n. 2. testatur Gavanti. in Manual. Episc. verb. pestis n. 6. Diana d. resol. 99. §. 100. in Coordinato. Barbol. de Parocho cap. 20. n. 46. Et Michael Justinianus in suis Constit. lib. 3. tit. 1. cap. 78.

Circa autem simplices Sacerdotes seculares; hos posse obligari ab Episcopo, ut deficientibus Parochis, ministrarent Sacramenta Peste infectis, volunt Gavanti. d. verb. pestis n. 3. Gobat. d. traç. 1. n. 128. ubi quod ita sentiant Cajetanus, & Sotus, & Emin. Card. de Lugo de Sacram. Pœnit. disp. 22. nu. 13. tum ratione promissæ obedientiæ Episcopo in ordinatione, tum ex præcepto charitatis, quæ obligat juvare proximum in extrema necessitate spirituali constitutum, etiam cum discrimine propriæ vitæ, ut ex doctrina S. Thomæ 2. 2. quest. 26. art. 5. & aliorum docet Reginald. lib. 4. num. 548. & Bonacina tom. 2. de Pejmo Decal. Præcepto disp. 3. quest. 4. punct. 4. ideoque tempore Pestis omnes Sacerdotes esse obligatos excipere confessiones Peste infectorum, si desint Parochi, alijve Capellani, ad hunc effectum ex stipendio conducti; eò quia existentes in peccato mortali dicuntur esse in extrema necessitate spiritualis salutis; quibus quilibet Sacerdos teneretur succurrere etiam cum temporalis vitæ periculo; hoc tamen, ut dixi, intelligendum est, si morte perirent omnes Parochi, vel eorum major pars, & Episcopus non posset invenire Capellanos voluntarios, vel Economos, qui munia Parochialia supplerent, quod videtur inverifimile; nam, si exponantur edicta pro concursu ad Parochiales vacantes, probabile est, non defuturos Sacerdotes, qui velint ad beneficium ascendere, prout non defecerunt hic Patavii in Peste annorum 1630. & 1631. ut ego observavi in Registro concursuum Curia Episcopalis. Quod si deficerent Parochi ex fuga; tunc Episcopus ex fructibus suorum beneficiorum, & in supplementum ex propriis redditibus deberet exteros Presbyteros conducere

pro

pro Sacramentis ministrandis; Quillan. de Obligat. Episc. part. 1. cap. 2. n. 18. diocesanos hortando, non autem cogendo ad idem faciendum. Fagnan. in d. cap. Clericos n. 42. de Clerico non residen. Gobat. d. traç. 1. num. 131. & Sanch. d. lib. 6. in Decal. cap. 2. num. 62.

Sacerdotes verò Regulares, deficientibus Parochis, teneri juvare in spiritualibus peste infectos, multò magis docent Theologi; ea ratione, quia præcipuè Mendicantes sunt coadjutores Episcoporum, & Parochorum in cura animarum; & aluntur elemosynis à Communitate, ut sibi deserviant per eandem in spiritualibus; ideoque tenentur exponere propriam vitam non solum in necessitate extrema ipsius Communitatis, sed etiam in necessitate gravi, qualis est Pœnitentia. Peyrin. d. tom. 1. quest. 1. cap. 11. col. 2. Vers. Ex quo inferitur. Sanch. d. lib. 2. cap. 2. num. 60. & ibi S. Thomas 2. 2. q. 187. art. 1. & quest. 188. art. 4. Eminen. Card. de Lugo de Sacram. Pœnit. dist. 22. n. 13.

Circa Laicas personas, tempore Pestis, duo sunt digna notata. Unum, quod si quis sit pestiferatus, idque occultum teneat, & accedat ad Parochum, seu Confessarium pro recipiendis Sacramentis, peccat mortaliter, quia exponit eundem Sacerdotem vitæ periculo, cum præjudicio aliorum proximorum, qui vel sani, vel infirmi privarentur ipso Parocho, vel Confessario. Gobat. d. traç. 1. n. 120. Alterum est, quod Laici, qui se spontè offerunt servitæ agrotis, & infectis Peste, exerceant opus eximie charitatis, & valde meritum, ut pluribus DD. cit. demonstrat Baldellus d. tom. 2. disp. 20. n. 15. & feqq. ubi n. 18. subdit: tale exercitium pro Pœnitentiâ Sacramentali, prout antiquitus imponebatur Pœnitentiâ, ut quis militaret in subsidium Terræ Sanctæ cum periculo propriæ vitæ.

Sed hic oritur curiosa Quæstio, an fideles, qui ex motivo charitatis se offerunt servitio Peste laborantium, & in eorum famulatu vitam perdunt, dicendi sint Martyres? Et videtur affirmandum ex auctoritate Martyrolog. Roman. die 28. Februarii, ubi ita legitur: Alexandriae commemoratio Sanctorum Presbyterorum, Diaconorum, & aliorum plurimorum, qui tempore Valeriani Imperatoris, cum pestis scvissima grassaretur, morbo laborantibus ministrantes, libentissimè mortem oppetierunt, quos velut Martyres religiosa priorum fides venerari consuevit. De quibus pariter S. Dionysius Alexandrinus, ut refert Emin. Card. Baronius in notis ad d. locum Martyrol. ita scripsit: Ihus mortis genus, quod propter incredibilem pietatem, & robur fidem suscipiebatur, nihil à Martyris splendore abesse videtur. Eorundem Sanctorum Vitam italico sermone refert Hier. à Basilica Petri in suis Ephemer. Sacris d. die 28. Febr. Nihilominus Emin. Card. de Lauræa, examinans hanc quæstionem in 3. Sent. part. 2. tom. 3. de Fide, ac propagatione ejus, disp. 20. art. 5. resolvit, laborantes in juvandis, & gubernandis fidelibus tempore Pestis, mortemque in eo gubernio, lato modo tantum posse dici Martyres, non tamen expressè, ac rigorosè, sicut communitè, ac semper Ecclesia agnovit, atque venerata est Martyres; ea ratione, quia de essentia Martyrii est, ut quis proficere Christi condemnetur à persecutore vel ad mortem, vel ad cruciatum, quod fuscè probat auctoritas SS. Patrum: Et ideo libellus, quem P. Theophilus Raynaudus de Martyrio per pestem publicaverat, fuit à S. Congregatione Indicis prohibitus, ut habetur in Bibliotheca Scriptorum Soc. Jesu ad opera dicti Auctoris, a quo postea cum fuerit emendatus, permissum fuit an. 1659. ab eadem Sacra Congreg. ut recederetur, teste Nathanaele Sotuello ejusdem Bibliothecæ compilatore. Neque oblat auctoritas Martyr. Romani, quia non vocant prædictos De Sacramento Eucharistia.

pios viros Martyres, sed velut Martyres; idest quasi Martyres; nam dictio Velut significat similitudinem, & ponitur pro quasi. Calder. de verb. Signif. conf. 8. 33 & Menoch. de Præsumpt. lib. 4. Præsumpt. 52. n. 6.

Ex his omnibus, huculque enarratis, facile erit colligere industria adhibendas à Parochis, atque Confessariis tempore Pestis in administratione Sacramentorum, & proprii officij adimplimento; quæ quidem sunt plurimæ, & ex actis Ecclesiæ Mediolanensis compilantur per Haymonem Corium in 34 Epitome Concil. S. Caroli, Verb. pestis; magis autem necessariæ sunt sequentes, quas hic adnotabo per resolutione propositi Casus. I. Adveniente Peste Parochus, ac quilibet Confessarius suam conscientiam purificet Sacramento Pœnitentiæ, & se offerat Deo paratum mori, tamquam bonus miles, ut suo muneri satisfaciatur. Emin. Card. Federic. Borrom. in Instru. ad Parochos occasione pestis. Et Mich. Justin. d. lib. 3. tit. 1. cap. 15. II. Suos Parochianos monitos faciat, ut abique mora sua peccata confiteantur, & Sacram Eucharistiam sumant. Justinian. d. lib. 3. tit. 1. cap. 189. III. Eisdem serito reddat, se semper promptè iturum ad excipiendas Sacramentales infirmorum confessiones; idè quæ liberè, & quacumque hora illum accersant. Justinian. ibid. c. 72. IV. Quotidè Missam Parochus, ac quilibet Sacerdos, (magno impedimento cessante) celebret, & quasi pro Viatico se devotè communicet. V. Suam Parochiam jugiter perlustret; inquirendo, an sint infirmi, qui egent Sacramentis, vel pauperes corporalibus alimentis. Justinian. d. c. 189. VI. Sæviente Peste, curet Parochus sibi provideri de uno, vel pluribus piis Capellanis, qui ipsum adjuvent in administratione Sacramentorum, & potissimum in audiendis confessionibus infirmorum, vel ad eorum fenestras, vel in januis domorum; vel etiam quatenus ibi adduci non possint, domos ingrediendo; talis enim est obligatio Parochi, ut dixerunt Gobat. d. traç. 1. num. 124. Corius d. Verbo peste, n. 146. & 147. Et Justinian. d. lib. 3. tit. 1. c. 78. qui advertunt, Parochum teneri iidem pestiferatis sacrum Viaticum præbere, Extremam verò Unctionem pendere à charitate Parochi, nisi moribundus non potuisset confiteri, vel Eucharistiam sumere; tunc enim danda est Extrema Unctio. Card. Federic. Borrom. apud Justin. d. lib. 3. tit. 1. c. 113. VII. Deferat Parochus Sacram Eucharistiam cum luminibus ad domos infirmorum, quas non ingredientem deferentes lumina; & Sacerdos habeat secum acetum, quo statim data Communione infirmo, purificabit digitos. Biffus in Hierurg. Sacr. tom. 2. Verbo Minister Sacramentorum d. n. 171. §. 34. ubi concedit, posse administrari Extremam Unctionem cum longa virgula, habente bombacem in unctum; quod supra non licere probavimus n. 28. VIII. Infantes recenter natos sollicitè baptizet, vel in Ecclesia, si eadem deserti possunt, sin minus in ostiis domorum, vel in ipsis domibus, & omittat cæremonias, quas opportuno tempore supplebit, si vixerint. Haymon Corius d. Verb. pestis n. 109. 110. & 111. satis enim est tunc salutari lavacro illos abluere. Justin. in d. Constit. lib. 3. tit. 1. c. 15. IX. Omnè diligentia custodiat Parochus sub clavi paramenta sacra, quibus utetur in Missa, vel in dandis Sacramentis, ac etiam ampullas, & sudariola; ne ab aliis adhibeantur; & ubi opus fuerit ingredi domos infectorum Peste, præter ulum acetum, & aliorum odoramentorum, juvabit præmittere suffumigia, secundum opinionem Augustini Bucii de Modo præservandi à peste cap. 12. Quod si tetigerit eisdem infectos manu, vel digitis; eisdem super flamma candela accensa expurget, vel super prunis accensis. Justinian. ubi supra lib. 3. tit. 1. cap. 78. X. Tandem cautela, & industria Parochorum, ac Confessariorum erit, consilans repudiatio cujuscumque rei temporalis, à cuius

pro

K 4

con-

contactu, lucri causa, mors inopinato event juxta exemplum famuli cujusdam, de quo sic legitur in Vita R. P. Joannis Mariae Montis rubel Congr. Oratorii Paduae cap. 12. Nella Peste del 1631. il P. Gio: Maria restò con un solo Laico in S. Tommaso alla cura della Anime. Fece di là un offerta a Dio, disposto ad offerre chunque lo chiamasse con li SS. Sacramenti, e pronto a morire di peste per ajuto delle Anime. Proibì al Laico il prendere donativo alcuno grande o piccolo, che si fosse. Ma detto Laico non seppe vincere l'interesse, prendendo di nascosto alcuno cere d'un funerale di persona ricca, sepolta in S. Tommaso: onde fu preso dal Contagio, ed in breve vinto dalla morte.

- 37 Corollarii loco in hac materia Pestis in controversiam cadit, an licita sint Processiones generales tempore, quo Pestilentia grassatur? Pro negativa facit, quia omnes tenentur cavere à periculo infectionis, quod in concursu populi videtur inevitabile. Item quis velle sanitate obtinere per miraculum, omnibus remediis naturalibus est Deum tentare, quod est peccatum, S. Thom. 2. 2. q. 97. art. 1. & 2. Sed inter cetera remedia naturalia contra Pestem est secessus, & fuga ab hominum consortio, ut dictum est supra. Ergo Processiones generales non erunt licitae. Pro affirmativa facit, quia quod ab Ecclesia ordinatur, est licitum. Sed in Rituali Romano inter alias Processiones habetur illa tempore mortalitatis, & pestis. Ergo sunt licitae. Uterius non potest dici illicitum, quod à Sanctis viris fuit practicum. Sed S. Gregorius Magnus illas fecit tempore magnae Pestilentiae Romae. Card. Baron. Ann. 596. n. 12. Item S. Hieronymus Archiepiscopus Colonienfis. Gregerius de Processionib. lib. 1. c. 11. Item S. Gregorius Turonensis, ut narrat lib. 10. Histor. cap. 29. Item Concilium Constantiense, à quo statutum fuit deferri in Processione Imaginem S. Rochi, & statim Pestis cessavit. Marchantius in Horto Passor. lib. 2. tract. 2. l. 5. proposit. 2. Vers. Illis vero sanctis. Et habetur etiam in Annot. ad Martyr. Rom. 16. Augusti. Pariter S. Carolus Borromeus publicas Processiones instituit ad Deum placandum tempore Pestis: Jo: Petr: Jusfan. in ejus Vita lib. 4. cap. 1. & 2. Et anno 1630. Mutinenfis Processionum publicarum auxilio incolames à Peste manerunt. Marchin. de Bello divino in princip. Necnon Boononiens. anno 1631. grassante saevissima Peste, indicta publica Supplicatione, & circumlata per Urbem devota Dei Genitricis Imagine, à S. Luca depicta, morbus evanuit. Sigonius lib. 1. de Regno Ital. Ergo Processiones tempore Pestis sunt licitae. Examinat hanc controversiam P. Paulus Mar. Quartus in tract. de Processionib. sect. 3. punct. 3. Circumstantia 7. Quae 3. pag. 73. Et eam dirimit ope distinctionis hujusmodi; videlicet, quod passim, & indiscriminatim non liceat; sed à S. Episcopis à Deo inspiratis possint licite indicì cum debitis cautelis, inter quas, quod pueri, & mulieres non interveniant; has enim, & illos etiam S. Carolus exclusit: quod viri procedant bini, & bini sed cum distantia ab invicem majori solita. Et quod ante Processionem omnes excitentur ad penitentiam, & ad fiduciam in Deum, exemplo dicti S. Caroli, de quo ulterius, dum Pests Mediolanensi grassaretur, ait Brev. Roman. sect. 5. Publica supplicatione indicta, fane sibi ad collum alligato, nudis pedibus etiam offensivum crucem, Crucem bajulans, semetipsum pro peccatis populi hostiam offerens, divinam indignationem avertere satagebat.

DECISIONIS LXII.

Ad Decembris Casum Additionalem.

ARGUMENTUM.

Difquiritur, Quomodo Anachoretæ, Eremitæ, alique homines solitarii, praesertim in vastissimis

desertis, reciperent Sacram Communionem, tum in Vita, tum in morte? Declarantur varia genera Anachoretarum, & Inclusorum; necnon publicè Penitentium, Lauritarum, & Eremitarum, & eorum omnium plurima exempla dantur ex historis sacris, non sine magno labore collecta. Tandem resolvitur Quæstio subtriplici distinctione circa Communionem omnium prædictorum. Ponitur Epistola Illustris. ac Reverendiss. Pompeji Sarnellii Episcopi Vigiliarum de eadem Quæstione. Et explicatur, quomodo prædicti Solitarii, & Inclusi adimplebant præceptum de audienda Missa?

SUMMARIUM.

- 1 Inclusorum antiquitas tria genera.
2 Detrusio in Monasteriis fiebat ob gravia delicta ad agenda penitentiam.
3 Detrusio Ecclesiasticorum in Monasteriis præcipue fiebat ob delicta carnis.
4 Trirerium pena hostis est loco detrusio in Monasteriis.
5 Pena pro delictis carnis est arbitraria.
6 Penitentia publica quem olim esset?
7 Penitentium publicè quinque gradus; & qui?
8 Penitentes publicè erant etiam excommunicati.
9 Penitentes publicè fiebant irregulares, incapaces Ordinum, & Beneficiorum.
10 Penitentium publicè exempla.
11 Penitentium spontè in Monasteriis duo genera.
12 Episcopi aliquando eligebant sibi Monasteria anno Penitentiae.
13 Conversi in Religiosis quare sic vocentur?
14 Ritus in dando habitu Penitentium.
15 Cadavera Desumptorum quare vestiantur sepe habitu religioso?
16 Pueri oblati Religioni per parentes.
17 Pueri oblati Religioni quando poterant discedere ab illa?
18 Professio regularis ex Concil. Trid. non potest fieri ante annum 16. completum.
19 Conversitae possunt profiteri ante annum decimum sextum, & non completo anno Novitiatum.
20 Conversitas expedit facere totum annum probationis ante Professionem.
21 Anachoretæ unde dicti?
22 Laura: Lauritæ qui essent?
23 Anachoretarum, seu Inclusorum plura exempla.
24 Anachoretica Vita an sit perfectior Cenobitica?
25 Inclusorum extra Monasteria ordines duo.
26 Inclusorum vita asperissima.
27 Eremitæ quinam propriè dicantur?
28 Mulierum inclusorum exempla.
29 Solitarii quinam essent? Eorumdem exempla. num. 30.
30 Solitariae vite, & Anachoretæ motiva?
31 Solitarii quando relinquunt solitudinem?
32 Inclusi, Anachoretæ, & Solitarii quomodo recipiebant Sacram Eucharistiam?
33 Anachoretæ, qui erant in lauris, singulis Dominicis diebus conveniebant ad Ecclesiam Monasterii, & communicabantur.
34 Inclusi non religiosi vivebant sub obedientia alicujus Superioris; à quo recipiebant Sacramenta præcipue tempore mortis.
35 Solitarii, & Eremitæ in vastissimis desertis stant quomodo reciperent Eucharistiam; tres opinionēs.
36 Solitarii, & Anachoretæ in primis seculi Ecclesiæ portabant secum Eucharistiam Sacramentum.

- 38 Eucharistia antiquitus consecrabatur in panibus integris, & grandibus.
39 Solitarii tempore mortis visitati à Sanctis Viris.
40 S. Antonius Abbas portavit Sacram Eucharistiam S. Paulo primo Eremita.
41 S. Maria Aegyptiaca communicata à Zosimo Abbate.
42 S. Maria Magdalena à quo Sacram Viaticum acceperit?
43 S. Theotistes solitaria in Insula Paro, quomodo Communionem reseffa.
44 S. Ambrosius in morte visitatus, & communicatus ab Honorato Vercellensi Episcopo.
45 Angeli Sancti pluries administraverunt Sacram Eucharistiam.
46 Exempla plurimorum, quibus SS. Angeli præbuerunt Sacram Communionem.
47 Solitarii cuiuscunque incogniti vix reperiuntur post quintum seculum.
48 Hieronymus à Basilica Petri Sacerdos Congr. Oratorii Neapolis laudatus.
49 Pompejus Sarnellius Episcopus Vigiliarum laudatus.
50 Epistola Pompeji Sarnellii Episcopi Vigiliarum de Communione Anachoretarum.
51 Anachoretæ, & inclusi quomodo adimplebant Præceptum de audienda Missa?
52 Eremiticæ antiqui ob bonam fidem excusabantur ab obligatione audiendi Missam.

CASUS ADDITIONALIS.

Satisfactio Parochi, doctique Confessarii curiositati exquirentium, quomodo Sacram EUCHARISTIAM recipere antiqui Eremitæ, Anachoretæ, Ascetæ, alique inclusi in Cellis, in antris, in speluncis, in desertis, vastisque solitudinibus; in quibus toto vite tempore involti, & incogniti stabant? Et quomodo videm adimpleverunt præceptum de audienda Missa seorsim diebus? Append. ad ornatam. Decif. de Venerab. Euchar. Sacramento.

Pro curiosi huius Quæstioni decisione, & resolutione, materiam Eremitarum, Anachoretarum, & Inclusorum altius petendo, scire oportet, antiquitus in Ecclesia fuisse tria genera Inclusorum; alii enim includebantur in Monasteriis; alii extra; sed propè Monasteria; & alii extra, ac longè; immò longissimè à Monasteriis, aliorumque hominum conversatione; & de quibus omnibus omni possibili brevitate, & claritate hic agendum.

Inclusorum primum genus erat eorum, qui in Monasteriis includebantur; horum autem erant tres species. Prima detrusorum ob gravia delicta: Secunda recluorum ob assumptum statum Penitentiae; & Tertia Inclusorum ob majorem perfectionem, & rerum cœlestium contemplationem. Prima itaque species erat eorum, qui detrusi erant in Monasteriis ob gravia delicta commissa; ut pro eis ibidem agerent penitentiam; & jejuniis, orationibus, aliisque penitibus operationibus impetrarent veniam à Deo pro criminibus patris, five fuissent Laici, five Clerici, Sacerdotes, ac etiam Episcopi. cap. De lapsis 16. quæst. 6. cap. Sicut, ubi gloss. 20. quæst. 1. cap. Si ille, dist. 50. Delicta autem pro Laicis in Monasterio detrusendis debebant esse gravissima; ut habetur de Uxoridica in cap. Admonere 33. quæst. 2. Nec non in Clericis, ut de homicidiis. cap. Sicut dignum. §. Clericos, de homicidiis. & de frangentibus sigillum Confessionis. cap. Omnis utriusque sexus, in fin. de Penitent. & remissis, & de Latronibus, & confamilibus excessibus enormibus. cap. Tue 6. ubi Abbas, de Penit. Præcipue tamen hac detrusio imponebatur Ecclesiasticis ob delicta carnis. cap. Dignum. cap. Si quis Clericus. cap. Romanus. & cap. Si quis Episcopus. dist.

81. Hodie tamen hæc pœna detrusio in Monasterio recessit ab aulâ; & ejus loco pro gravibus delictis successit pœna trirerium, ut notat Jul. Clarus §. fin. q. 70. vers. Sunt etiam. Fatinae. in Praxi q. 119. n. 55. & Thesaur. de Penit. p. 2. Verb. Confessio 4. sub 4. n. 3. pro aliis autem excessibus, ac potissimum pro delictis carnis pœna est arbitraria, ut testatur Canonistæ, ac Criminalistæ. Loter. de Re benef. lib. 3. q. 33. n. 37. per text. in cap. At si Clerici, ubi Decius n. 223. ac alii scribentes de Judic. Trivisan. in Decif. crimin. lib. 2. decif. 59. n. 13. & Chartar. decif. crimin. 82. n. 32.

Porrò non omnes delinquentes, five Clerici, five Laici, etsi enormia commississent delicta, detrusi debantur in Monasteriis ad penitentiam agenda; sed ut plurimum eam exercebant in propriis domibus, ita tamen, ut festiviis diebus ad Ecclesiam accedentes cognoscerentur ab omnibus publicè penitentibus, & confisterent in gradu sibi pro Episcopo præscripto, donec veniam, & absolutionem mererentur obtinere; ut habetur in cap. In capite Quadragesime, dist. 50. cap. de Viro 22. quæst. 2. cap. Latorem 33. q. 2. & cap. ult. & ibi Gloss. 26. qu. 6. ubi notatur, quod publica, & solemnissima penitentia nulli injungebatur, nisi crimen esset enorme, ac manifestum. Quatuor autem erant gradus publicè penitentium, ut ex Concilio Ancyrano & Nicæno, ac ex SS. Patribus colligit Giballin. in tractatu de Affectu Inclusi, disquis. 3. cap. 2. §. 6. n. 32. quinque verò secundum observationem Macri in Hierolexic. Verb. Hymantes. Videlicet Flentium, Audientium, Substratum, Confitentium, & Participantium; de quibus etiam vulgari idiomate, sed non vulgari eruditione Menoch. in Storis centur. 12. cap. 52. Primus gradus erat Flentium, seu Hymantium, qui manebant sub dio propè Ecclesiam, cilicio induti, humi prostrati, à fidelibus Ecclesiam ingredientibus veniam postcentes cum lacrymis de commissis scandalis. Secundus gradus erat Audientium; qui, cum assignato tempore steterint lacrymantes in primo gradu, admittebantur intra Ecclesiam propè januam, ad audiendum verbum Dei, sed expellebantur tempore consecrationis. Tertius gradus erat Substratum, qui perseverantes in humili penitentia vocabantur coram Episcopo celebrante, vel Sacerdote, coram quo prostrati stabant, donec publicas preces, & orationes recitaret super illos ad implorandam misericordiam Divinam; quibus expletis exibat de Ecclesia. Quartus gradus erat Confitentium, qui ob diutinam penitentiam recepti in Ecclesiam, ibi consistebant cum cæteris fidelibus ad officia Divina, & Sacramentum Missæ, sed ad Sacram Eucharistiam percipiendam non admittebantur. Quintus demum gradus erat Participantium; eorum scilicet, qui obtenta venia, & absolutione, ac reconciliati cum Ecclesia iterum admittebantur ad Communionem Corporis, & Sanguinis Domini; ut latius demonstrat Macri in Hierolexic. d. Verb. Hymantes, & Giballin. d. Disquis. 3. cap. 2. §. 6. à n. 29. & sequentibus ubi observat; quod prædicti publicam penitentiam agentes ea durante, censentur affecti tum majori, tum minori excommunicatione, quia privabantur participatione Sacramentorum, orationibus, & consortio fidelium, ac etiam propriarum Uxorum; quod probat ex Tertullian. lib. de Pudicitia; ex S. Augusti. lib. de Fid. & oper. cap. 6. necnon ex Epistola 92. S. Leonis Papæ cap. 12. & habetur in Supplicat. cap. Admonere 33. quæst. 2. in quo Stephanus Papa Quintus eundem Astulpho uxoricidæ præscribit omnia, quæ facere debebat, & à quibus abstineret pro illius criminis penitentia. Insuper prædicti publicè Penitentibus esse in Monasterium detrusi, five publicam penitentiam domi suæ manentes agerent, & non poterant ad ordines Ecclesiasticos promoveri, quia erant irregulares ob infamiam, seu ob defectum bonæ famæ, resul-